

* * *

CELEBRANT: The Reverend Peter Hrytsyk

*

✠ *WELCOME* to Historic Our Lady of the Assumption Church for the celebration of the Holy Sacrifice of the Mass according to the Traditional Latin “Extraordinary” Form. Join us as we render glory to God according to Holy Mother Church’s historic liturgy. A Tridentine High Mass is celebrated here at Assumption every Sunday at 2:00 PM, and a Low Mass every Tuesday at 7:00 PM.

✠ *TODAY’S MASS INTENTION:* For the repose of the soul of Richard Broderick, requested by Angie Sedge

✠ *RED LATIN/ENGLISH MISSALS ARE AVAILABLE FOR SALE* after Mass at the missal table at the back of the church for \$5.00 each. These missals can help familiarize yourself, family, and friends with the Traditional Latin Mass.



ASSUMPTION CHURCH

350 Huron Church Road
Windsor, Ontario N9C 2J9
(519) 734-1335 / (248) 250-2740
www.windsorlatinmass.org

September 7, 2010

7:00 P.M.

VOTIVE MASS FOR THE DEFENSE OF THE CHURCH

* * *

INTROIT *Psalm 43. 23-26*

Exsúrge, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem: quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatiónem nostram? Adhæsit in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádjuva nos, et libera nos. *Psalm 43. 2* Deus, áuribus nostris audivimus: patres nostri annuntiavérunt nobis. *V.* Glória Patri. Exsúrge.

Arise, why sleepest Thou, O Lord? arise and cast us not off to the end. Why turnest Thou Thy face away, and forgettest our trouble? our belly hath cleaved to the earth: arise, O Lord, help us and deliver us. Psalm 43. 2 We have heard, O God, with our ears: our fathers have declared to us. V. Glory be to the Father. Arise.

KYRIE ELEISON

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, in cujus manu sunt ómnium potestátes et ómnium jura regnórum: réspice in auxílium christianórum; ut gentes paganórum, quæ in sua feritáte confidunt, dèxteræ tuæ poténtia conterántur. Per Dóminum.

Almighty, everlasting God, in whose hand are the powers and the government of every realm; look upon the Christian people to help them, that the heathen nations who trust in the fierceness of their own might, may be crushed by the power of Thy right hand. Through our Lord.

EPISTLE *Esther 13. 8-11, 15-17*

In diébus illis: Orávit Mardocháeus ad Dóminum, dicens: Dómine, Dómine Rex omnipotens, in dicióne enim tua cuncta sunt pósita, et non est qui possit tuæ resistere voluntáti, si decréveris salváre Israël. Tu fecisti cælum et terram, et quidquid cæli ámbitu continétur. Dóminus ómnium es, nec est qui resistat majestáti tuæ. Et nunc, Dómine Rex, Deus Ábraham, miserére pópuli tui, quia volunt nos inimici nostri pérdere, et hereditátem tuam delére. Ne despicias partem tuam, quam redemísti tibi de Ægýpto. Exáudi deprecatióem meam, et propítius esto sorti et funículo tuo, et convérte luctum nostrum in gáudium, ut vivéntes laudémus nomen tuum, Dómine, et ne claudas ora te canéntium, Dómine Deus noster.

GRADUAL *Psalm 82. 19, 14*

Sciánt gentes, quóniam nomen tibi Deus: tu solus Altíssimus super omnem terram. *✠* Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stípulam ante fáciem venti.

ALLELUIA

Allelúja, allelúja. *✠* *Psalm 79. 3* Éxcita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúja.

GOSPEL *St. Luke 11. 5-13*

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Quis vestrum habébit amicum, et ibit ad illum média nocte, et dicet illi: Amíce, cómoda mihi tres panes, quóniam amicus meus venit de via ad me, et non hábeo quod ponam ante illum: et ille deíntus respóndens, dicat: Noli mihi moléstus esse, jam óstium clausum est, et púeri mei mecum sunt in cubíli, non possum súrgere et dare tibi. Et si ille perseveráverit pulsans: dico vobis, et si non dabit illi surgens eo quod amicus ejus sit, propter improbitátem tamen ejus surget, et dabit illi quotquot habet necessários. Et ego dico vobis: Pétite, et dábitur vobis: quærite, et inveniétis: pulsáte, et aperiétur vobis. Omnis enim qui petit, áccipit: et qui quærit, invenit: et pulsánti aperiétur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: numquid lápidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpéntem dabit illi? Aut si petierit ovum: numquid pórriget illi scorpiónem? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum peténtibus se?

In those days Mardochai prayed to the Lord, saying: O Lord, Lord, almighty King, for all things are in Thy power, and there is none that can resist Thy will, if Thou determine to save Israel. Thou hast made heaven and earth, and all things that are under the cope of heaven. Thou art Lord of all, and there is none that can resist Thy majesty. And now, O Lord, O King, O God of Abraham, have mercy on Thy people, because our enemies resolve to destroy us, and extinguish Thine inheritance. Despise not Thy portion, which Thou hast redeemed for Thyself out of Egypt. Hear my supplication, and be merciful to Thy lot and inheritance, and turn our mourning into joy, that we may live and praise Thy name, O Lord, and shut not the mouths of them that sing to Thee, O Lord our God.

Let the Gentiles know that God is Thy name: Thou alone art the Most High over all the earth. ✠ O my God, make them like a wheel, and as stubble before the face of the wind.

Alleluia, alleluia. ✠. Psalm 79. 3 Stir up Thy might, O Lord, and come: that Thou mayest save us. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: Which of you shall have a friend, and shall go to him at midnight, and shall say to him: Friend, lend me three loaves, because a friend of mine is come off his journey to me, and I have not what to set before him; and he from within should answer and say: Trouble me not, the door is now shut, and my children are with me in bed; I cannot rise and give Thee. Yet if he shall continue knocking, I say to you, although he will not rise and give him because he is his friend, yet because of his importunity he will rise, and give him as many as he needeth. And I say to you: Ask, and it shall be given you; seek, and you shall find; knock, and it shall be opened unto you. For every one that asketh receiveth; and he that seeketh findeth; and to him that knocketh it shall be opened. And which of you, if he ask his father bread, will he give him a stone? or a fish, will he for a fish give him a serpent? or if he shall ask an egg, will he reach him a scorpion? If you then, being evil, know how to give good gifts to your children, how much more will your Father from heaven give the good Spirit to them that ask him?

OFFERTORY *Psalm 17. 28, 32*

Pópulum húmitem salvum fácies: et óculos superbórum humiliábis: quóniam quis Deus præter te, Dómine?

SECRET

Sacrificium, Dómine, quod immolámus, inténde: ut propugnatóres tuos ab omni éruas paganórum nequítia, et in tuæ protectiÓNis securitáte constituas. Per Dóminum.

COMMON PREFACE

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi simper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas, deprecámur, súpplíci confessiÓne dicéntes:

SANCTUS

CANON MISSAE

PATER NOSTER *Congregation recites only the concluding "Sed libera nos a malo."*

AGNUS DEI

Please kneel at the Communion Rail to receive Holy Communion.

Holy Communion in the Extraordinary Form is received on the tongue, and is not usually distributed in the hand.

If you cannot come to the rail, please inform one of the ushers, and Communion will be brought to you.

COMMUNION ANTIPHON *Psalm 118. 81, 84, 86*

In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum sperávi: quando fácies de persecúentibus me júdicium? Iníqui persecúti sunt me, ádjuva me, Dómine Deus meus.

My soul is in Thy salvation, and in Thy word have I hoped: when wilt Thou execute judgment on them that persecute me? the wicked have persecuted me: help me, O Lord my God.

POSTCOMMUNION COLLECT

Protéctor noster, áspice, Deus: et propugnatóres tuos a paganórum defénde periculis; ut, omni perturbatiÓne submóta, liberis tibi méntibus desérvant. Per Dóminum.

Look upon us, O Lord, our Protector, and defend Thy champions from perils of the heathen: so that all disturbance being done away, they may freely serve Thee. Through our Lord.

DISMISSAL & BLESSING

LAST GOSPEL *St. John 1. 1-14*

PRAYERS AFTER LOW MASS

Red Missal, page 50